



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 106. Brunsvicensium Civium turbæ recrudescentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.

A. C. 1615.

§. CVI.

Brunsvicensium civium turbæ recru-
descentes.*Merc. Gal-*
*lob. tom. 10.**l. 1. §. 4.**Ludolph. l.**XV. c. 2. n.*

4.

Jam anno priori Wirtembergicus Dux Brunsvicenses cives ad concordiam cum ipsorum Senatu ac Duce Friderico reducere nitentur, hanc in rem indicto ad Februarii initium conventu; cum vero præstituta die cives non comparerent, ac insuper in Consules suos acrius sæverent, Henricus in seditiosos hosce jam a Cæsare proscriptos edictum promulgari jussit, vi cujus omnibus & singulis prohibitum, ne quicquam in hanc urbem inferant vel efferant, vel ullum cum ipsis commercium habeant, sed indicta capitis pœna ab eorum conversatione penitus abstineant: Verum hujus legis severitate civium pertinacia frangi haud poterat, rursus igitur hoc anno Anseaticæ civitates per suos Deputatos, qui pro Brunsvicensibus agebant, primum Hannoveræ, dein Ritterhusii habitato conventu de pace concilianda cum Friderico Ulrico Duce egerunt, propositis hisce concordie legibus, ut cives quotannis ingentem pecuniæ summam Duci numerarent, eique arcem in urbe exstruendi facultatem concederent, nec non portas adventanti die nocteque aperirent, retentis tamen in possessione sua clavi-

clavibus : plura adhuc alia Duci fuere Sæc. XVII.
 oblata , quibus Brunsviga pene ad alia- A. C. 1615.
 rum Civitatum conditionem fuisset re-
 dacta , nisi quod in armamentarium ,
 vallum , portasque omne sibi jus inte-
 grum voluerit reservari : Enimvero ad
 hæc pacta satis pronum sese exhibebat
 Fridericus , obstitit tamen Michael
 Vustrovius Ducis Vicarius , ac supre-
 mus militiæ Præfectus , cujus suasu Dux
 Deputatis re infecta reversis , nimis am-
 pla , & vix non servilia a civibus obse-
 quia postulabat , quæ ubi detrectarunt
 cives , Dux collecto tumultuario milite
 die prima Augusti urbem obsidione cin-
 xit , Oppidani vero die quarta Augusti
 eruptione facta acre cum Ducis militi-
 bus prælium commisere , cæsis , fauciis-
 que utrinque non paucis : Interim non
 modo Belgicus , sed & urbium Ansea-
 ticarum miles , ductore Friderico Sol-
 mensi Comite , obsessæ urbi in auxilium
 accurrit , cives quoque , cum Ducis co-
 pias e castris suis ad excipiendas Mag-
 deburgensium suppetias excessisse com-
 pererant , erumpentes cæsis , vulnera-
 tisque quamplurimis sex belli tormenta
 cum abundantia annona in urbem abdu-
 cebant : quo factò Dux exacerbatus ,
 candentes in urbem globos , impune ta-
 men displosit , copiasque , quas Joannes
 Solmensis Comitis frater adduxerat , in
 fugam

Sæc. XVII. fugam egit, castrisque propius admo-
A. C. 1615. tis, captisque aliquot propugnaculis
 die vigesima prima Augusti urbem toto
 armorum apparatu obsidere cæpit, tor-
 mentorum disposure ad septem circiter
 hebdomades non sine ingenti urbis dam-
 no continuata: Nec suis tamen parti-
 bus defuere oppidani, qui iterata erup-
 tione facta die prima Septembris Olbe-
 rinam etiam munitionem occuparunt.
 Re comperta mox accurrit Vustrovius,
 qui tamen a civibus glande plumbea tra-
 jectus occubuit: vicissim quoque Con-
 sulum alter eodem fato periit, nec ta-
 men inde territi cives, intromissis Fri-
 derici Comitis auxiliaribus copiis, die
 vigesima quarta Septembris Ducem,
 qui irruptionem tum tentaverat, non
 sine magna suorum clade repulerunt.

§. CVII.

*Pax Ducem inter & Civitatem hone-
 stis utrinque conditionibus con-
 ciliata.*

*Merteran.
 l. 32. p. 155.*

Cum interim Dux in suos subditos, &
 hi in suum Principem mutua clade
 grassari certarent, Mauritius Hassiæ
 Landgravius pacis arbitrum agere con-
 stituit, hancque in rem ad Brunsvicen-
 sis Ducis castra Legatos decrevit, pa-
 cis negotio operam daturos. Ea de
 re